

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jakob Breiger Petrus Olhafius

Disputatio Philosophica De Malo

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729263517>

Druck Freier  Zugang



F. Breiger.
R. U. phil. 1619.

Disputatio Philosophica
DE MALO.

Quam

D. T. O. M. A.

Veneranda Facultatis Philosophicae iudicata atq;
permissione, in inclusa,

R O S A R U M,

P R E S I D E

M. JACOBO BREIGERO,

Publicè proponit

P E T R U S O L H A F I U S

Dantiscanus - Borussus.

Habebitur in acroaterio Majori 17. Aprilis.



R O S T O C H I

Typis suis exscriptit JOACHIMUS PEDANUS,

A N N O M. D G. X I X.





Uotusquisq; mortalium, jam degens,
cum Sibylla non exclamat, *νεργος*,
ἄκετης! *Quis non illud Poëta usurpat*
τὸν μὲν τὸ γαῖα κακῶν, τὸν δὲ φιλατοῦ?
De malo igitur, præsertim cum natu-
ra ejus multos latitet, *cū Jacobus Martini tam*
in exercitationibus, quam partitionibus Metaphys.
profitetur, pro viribus pauxillūm differam. Tuō
Magne Deus captis illabere nostris.

THESIS I.

Ac primō malum in suspicionem NON
ENTIS mihi incurrere videtur.

1. Omne quod est, eo ipso quo est, bonum est. 2. Si ma-
lum in natura existit aut erit à seipso, aut ab alio. 3. Non
prius, alioquin à Malum ipse aeternus Deus esset. 4. Si ab a-
lio, num à bono, an à Malo progressum suum habiturum sit?
5. Non à bono; quoniam omne bonum est sui communicati-
vum, seu diffusivum; omne sibi simile procreare gaudet, in
quantum potest; [artifex eximus, eximum opus archite-
ctari, qua artifex, non quā homo. 6. M. omni ope contendit]
item, quodvis non nisi bonum appetit. Arist. lib. 1. Nicom.
cap. primo; item nil est in effecto, quod non in causa, vel for-
maliter, vel eminenter exciterit, qui autem in bono Malum
residat non conspicor. Ergo &c. 6. Non à Malo: istud
enim

¶

enim malum, vel crit eternum illud Manichaisticum, omnium malorum principium, jam pridem ex veritatis scho-
lis explosum, ac infra argumentis retundendum; vel ali-
unde ortum traxit. 7. At quid amabò, illud; malum si di-
xeris, curriculò eandem difficultatem incurritabis. 8. Si-
bonum; en quantum jam jam enumeratis maximis premare.
Ergo malum non erit. Plura argumenta in medium proferre
supercedeo.

II.

Nihilominus opinio istæc videtur prin-
cipiò SS. scripturæ refra-
gari.

Ecclesiast. 11. vers. 5. Matt. 6. vers. 13. ac alibi.

III.

Omnium hominum experientiæ, atq;
consensui.

1. Hoc sibi vult Vulcanus Diogenis. 2. Hoc vocife-
rantur Poëtarum querelæ. 3. Ἀδεν αγαδόν, divinus Plato
exclamat. 4. Nulla Gens tam barbara, ac ferox, qua non
malum persentificat. D. D. Chemn. L. C. de peccato.
5. Proprià conscientia, malum esse tibi dictabit.

IV.

Rationi.

1. Ita clarissimus Jacob. Mart. exercitatione. 17. arguit:
Si omnes res necessariò prædictæ sua debita perfectione,
omnia essent necessaria, & tolleretur rerum contingentia.
Atqui hoc est absurdum. Ergo omnes res, necessariò, non
sunt.

Sunt prædictæ sua debita perfectione, sed quædam possident illam contingenter. Ergo & quædam res aliquando deſtituentur sua perfectione, (quæ perfectionis defectio nobis malum erit.) 2. Quem, ſub Christi vexillo militantium Dæmonem perverſiſſimum ac maligniſſimum eſſe præterit? 3. Hominem contemplare, & ſubito aliquot malorum myriades prodibunt: corpus ~~caritudo~~ inibus obſtum eſt; anima ~~craſſa~~ ignorantiā eſt ſipata; vitijs horrendis inquinata. 4. Naturalia, cottidię magis magisq; collabentia, deteriora evadere, certa res eſt. 5. Materiam primam, ingenium mali induere, Philosophantium Apicis, Aristotelis effatum eſt. 6. Sed & privatio jure meritiſſimò, ab Eodem mala nuncupata eſt. 7. Imò, idem res Mathematicas, quatenus ſunt ejusmodi, bonas eſſe inficiatus eſt. Ergo infallibiliter ſequitur eſſe malum.

V.

Ut autem de veritate hujus rei conſtet, inquam cum praefantissimis omnium ſaculorum Philosophis: Malum formaliter, ſtricta loquendi formula, non eſſe Ens positivum, adeoq; non ens late ſumptum, ut rationes Thes. 1. evidenter evincunt: Sed eſſe Ens privativum, ut itidem e rationibus proximarum theſ. apparebit.

VI.

Verū altius rem repetituri theſin dictam in duas aſſertiones ſive membra bipartiri placet. Quarum prima hæc eſt. Malum qua malum, reduplicativè, eſt ten-

A 2 den-

d'entia ad. Non ens, imbecillitas & defectus Entis, debitæ perfectionis carentia; adeoq; etiam attribuitur Enti, non qua Ens, sed qua deficit, ac defectibile est.
Sic colligo ex rationibus thesis 2, 3. 4.

1. Namq; Matth. 6. v. 13. l. citat. Jehova nos malo eripiat devote precamur. Unde ejusmodi argumentum effluiscit. Ens reale ac positivum; voluntate divina ac humana, seu (generalius) appetitu quodam appetibile est. (quaæ appetibilitas ex congruentia oritur). At malum tantum abest, ut congruat; vel appetatur à voluntate divina ac humana, ut abolitionem ejus à DEO preceatur. Ergo non erit Ens reale. Ergo vel privativum, vel negativum. Non hoc alias istud tollere supervacaneum esset. Quare illud, &c. 2. Omnes quidem, malum esse experiuntur, sed sui destructionem maximis cum gemitibus ac lamentationibus, experiuntur. ideo enim abhorremus ac execramur malum, quia damnum nobis infert, &c.. 3. Sed & rationes ibidem allatae idem volunt. Prima omnium evidentissimè assertionem nostram confirmat. Exempla saltem aliquid dubij nobis relinquunt. 4. Primo autem Sathanas malus est; at & sic, inquam ego, malus haud quaquam est. Gen. 1. 5 namq; perfectione, quantum quidem in creaturam cadere potest, eminentissima ac summa decora-
tus fuit. 5. In quo ergo consistit malitia? Non servavit suum principatum, sed dereliquit suum domicilium, sacra Elogia respondent. Audin in defectione, in derelictione principatus sui, id est sapientiae sanctitatis &c. quæ quid aliud quam perfectionis privatio? 6. Reliquorum exemplorum enucleationem prætereo, quoniam à Clarissimis viris, Jacob. Mar. partiti. Metap. & Joanne Sleek. disput. 1. de malo. accu-
rate.

rate discussa, ipsi omnes relinquentes, qua demonstrabimus
cum Deo illa hoc ostendere, quod diximus, nempe malum pri-
vativum quid esse. Ex his optime colligo.

VII.

Malum, qua malum, privationem
perfectionis debitæ inesse, rectissimè à
Clarissimo Martino exercit. 17. alijsq;
describi.

1. Augustinus lib. 11. de civitate DEI cap. 9: Malum
nulla natura est, sed amissio boni, mali naturam accipit. 2.
Dionysius in libris de divinis nominibus enuntiavit: malum
esse privationem, defectum, infirmitatem, inconcinnitatem,
errorem, incommensurationem, destitutum scopo, pulcritudi-
ne, vitâ, intellectu, ratione, perfectione, fundamento, causa,
interminatum, sterile, iners, imbecillum, confusum, dissimile,
infinitum, tenebricosum, essentia carens, nullo modo, nus-
quam & nihil existens, citante Picol. c. 9. p. 870. Vide præ-
terea Jacobum Martini, &c..

IX.

Malum, non esse affectionem, sive at-
tributum Entis.

1. Probatur à generali affectionum natura. Af-
fectiones subjectum suum perficiunt, utpote secunda naturæ
momenta, decorando & illustrando. At malum haud qua-
quam perficit; sed evertit Ens. Ergo. 2. à speciali affectio-
num Entis natura. Quæ ita complicata sunt cum ipsa Enti-
tate,

A. 3.

tate,

tate, ut perfinaciter Enti adhaerentes, nulla vi ac potestate ab Ente suo ad momentum temporis separari valeant. (secus in aliarum rerum affectionibus accidit, quas virtute divina à subiecto suo separari posse, scimus.) Tolle enim unitatem, ipsum Ens exterminabis; dissecata Ens (etia nihilominus manente) non unitatem essentialem, sed quantitativam è medio tulisti. At malum ab Ente facili negotio, divina virtute removeri posse quisq; piorum confitebitur. Ergo. 3. Jacobus Martini ita ait: Si malum est affectio Entis; ergo cum Ente reciprocatur. Quod ab adversario distinguente Entis attributa in Simplicia & opus. & ex parte, Coniuncta seu facile eludi potest.

IX.

Philosophus Steinfurtensis, Clemens Timplerus: Malum esse affectionem Entis assertare audet.

1. Verum Philosophus hic, adeo fictitijs suis futilitatibus, volebam dicere subtilitatibus, obcasatus, ut non videat se Cadmum fraterculum agere. Namq; si affectio Entis est, haud malum est; & viceversa. 2. Age Timplere, aut affirma, Deum Entia mala creasse; affectio enim semper de subiecto suo prædicatur; aut inficiare malum non esse affectionem Entis. 3. Ain cum Goclenio, tuò inquam Goclenio: Ens quatenus Ens esse bonum: Ens autem esse bonum vel malum, quatenus sine certa limitatione intelligitur. lib. 2. cap. 9. q. 14. 4. Ridiculum caput: Ens nullibi in Metaphysicis vague, ac sine ulla restrictione certa, certo considerandi modo definitum, consideratur. Timpl. lib. 1. q. 5. Ens tota Metaphysica quatenus Ens, seu (audite vera sed non intellecta locutionis incipiam)

ptam, falsam, Timplero dignam explicationem) quatenus ab-
strahit secundum rem & rationem à materia , tractatur,
idem d. l. s.. Vana ergo & miserabilis ista distinctiuncula
Timplero - Gocleniana , contradictionem involvit : Metaphy-
sicam Ens sub certo formalis, & vase sine certa limitatione
considerare. Remitto ergo ad autorem ; ad alia reversio-
nem faciens.

X.

Cognito ergo uno contrariorum , cognoscitur alterum ,
(non ὅλως ή ἀνεγέρως , sed καὶ περ τοις οὐλάται , η δυνάμεις)
Malum , non esse Ens positivum , seu ratio-
nes thesis primæ, planum faciunt.

1. Etenim bonitas est affectio Entis realis ac positiva tan-
tum. 2. (si forte cuiquam videri possit , istuc probari ma-
lum esse nihil negativum, non privativum) respondere possum:
malum ab alio promanasse , & quidem à bono , non per se , ut
maximæ thesis primæ evincunt ; sed per accidens ; ut infra
confirmandum .

XI.

Valeant ergo antiqui illi Pythagoræi ,
qui , attestante Philosopho i. Metaph. 5, decem esse omnium re-
rum principia , que conjugatione quadam efferantur , in qua
conjugatione aliâ , res sunt bona , in aliâ autem res sunt ma-
la , Havenreut. comm. Metaphis. Aristot. autumarunt.

2. Valeant Priscillianistæ , ac Manichæi :
malum substantiam quandam esse , à primo principio mali
profectam , impuro ore eructantes. 3. Valeat etiam
Timplerus , cùm effatis suis : (Malum esse affectionem
Entis :

Entis: affectiones Entis reale ac positivum quid enti superad-
dere) quorum vi adigitur , invitus & coactus malum posi-
tivum quid, afferere . Quicquid enim de genere prædicatur,
etiam de specie . Hucusq; quod formale, & qua (pax verbo)
essentia Mali disputatum est . Jam an causam habeat anxiè
à Philosophis queritur.

XII.

Malum habet causam efficientem.

Quia est: omne autem quod est , creatore excepto , ab ali-
quo est.

XIII.

Non habet efficientem per se.

1. Causa per se , à Philosophis jam ἡγούμενοι αἰτοῦ
causa determinata , jam οὐκέτι λεγόμενον vocitata , non efficit
nisi in se bonum quid . Ratio: quia finem per se obtinet , à quo , ut
vero bono , ad bonum effectum producendum , movetur (mo-
tu metaphorico , non Φυσικῷ .) 2. Causa efficiens per se , non
potest non efficere Ens reale . Tria enim ad causam per se re-
quiruntur . 1. Influxus directus , quo in esse influit , 2. subje-
ctum , quod sit diversum ab agente , sit inter Sphæram activi-
tatis , sit agenti proportionatum , 3. To effectibile
quod Ens , adeoq; bonum est , quia impossibile est , effectum
toto genere deteriore esse causa . 3. è contraria opinione
absurda ebulliunt : Deum esse autorem peccati , quandoqui-
dem omne nostrum moveri , ac operari , est à prima causa in-
cursu ac influxu perenni . Ergo & causa νοέσις dicta cau-
salitas sive motio , qua malum propriè efficit ; Ergo & ipsius
Mali , quia quod est causa causa , est etiam causa causati (in
essentialiter subordinatis .) 4. Malum esse necessarium ,
neces-

necessitate non consequentiae, sed consequentis, non hypothetica,
sed Physice. Hæc enim est, qua cohæret effectus cùm causa,
sive qua consistit in essentiali effectus à causa dependentia.

XV.

Malum habet causam per accidens,
[à Philosopho ὡς τὸ οὐρανός, item ὡς τὸ οὐρανός item
μεγά φύσις appellatur] causam impropriè di-
ctam, non tam efficientem, quam defi-
cientem.

1. Causam per accidens communiter Philosophi Peri-
patetici indigitant, quæ effectum, quem sibi congruere, existi-
mat appetens, alium consequitur à scopo & fine suo aberran-
tem; vel ob defectum virtutis causativæ; vel propter impedimentum interjectum, vel propter aliam causam extrinsecam
ac adventitiam. Atqui talem causam malum obtinet. Ergo.
Minor probatur: Diabolus sese creatori opponens malum opera-
tus est, non per se, sed per accidens: Ambiens namq; Dei
æqualitatem, sui ipsius destructionem ob defectum virtutis cau-
sativa clanculum moliebatur. Homo de arbore vetita ve-
scens excellentiam naturæ sua extirpabat [Domine mulier
michi os sublevit] quatenus divinitatem irrito labore, ac fru-
straneo conatu appetens, operationum suarum perfectionem
destruebat. De similibus idem esto Judicium. 2. Recte ergo
à nonnullis Philosophis asseritur: malum cum peragitur, forte
bonum videtur, quia boni causa peragitur: quando malum
agitur, aliud est quod optatur, aliud quod peragitur: Malum
est, quod deflexit à via, quod contra propositum, à fine, à ter-
mino, à voluntate, ab hypostasi deflectens.

B

Verum

XV.

Verum Timplerus, Nugator, his contra ut solet belligerat.
Malum non tantum habet efficientem
per Accidens, sed etiam per se, inquit.

1. Quia omnis effectus per accidens reducitur ad aliquam causam per se. 2. quia defectus effecti per se pendet a defectu cause. 3. Verum hoc si apte sponte ruunt. Omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se, non quasi illa sit causa per se istius effectus, sed quod illa sit per se causa alterius effectus, quem per se producit, cui post accidentaliter conjungitur effectus alius, ut ex Suarez. disp. 19. s. 12. Scheib. cap. 3. Topic. p. 101. explicat. 4. Alterum seipsum evertit. Qui enim defectus causa esse dabit? 5. Tum quis non vel in Cimmerijs tenebris natus & educitus palpiter hanc contradictionem: defectum causa, malum illud, illud non Ens, istud Nihil, esse causam propriè dictam, realiter ac verè influere, atq. adeo Ens verum esse. Tantulis ratiunculis, Timplere ingens absurdum stetit? & hoc de Causa Mali in genere; jam in specie queritur.

XVI.

An principium quoddam Mali, principio boni, Deo nostro, contradistinctum, cum Manichæis, [quorum autor Manes fuit, qui sub Aureliano Imperatore degens, rejecto veteri Testamento, & creationem omnem, & hominis conditionem blasphemè negabat, boni alicuius Dei esse, utpote qua corruptioni obnoxia sint, Mutius Pansa de osculo Philosophia Christianæ & Ethnica.] statuendum sit.

i. Min.

1. Minime gentium. Illa enim 1. duo rerum principia, vel sunt pari, vel impari potentia. Si impari, quo pacto, debilius sit principium non video. Si pari, aliud volens id, quod non vult contrarium, sibi impedimentum habet, & illud quod non vult, contrarium volens, impediet &c. Atq[ue] ita aliquid in natura neq[ue] fieri, neq[ue] fieri non potest, a[m]m. 2. Si contraria illa duo principia sunt, ecce a[et]ernum duorum illorum dissidium futurum est! ecce omnium rerum confusionem, & eversionem! nimis, tantum duorum illorum vim, nisi etiam infinitae omnes res credantur sustinere nequeunt. Utrumq[ue] horrendum absurdum. 1. enim quā ratione in tanto dissidio Deus noster gloriōsus summa beatitudine & quiete fruisci queat non video. Nec 2. qui in tanta rerum omnium perturbatione adeo pulchra harmonia universitatis existat &c. 3. Quix etiam ita possent colligi: Si bonorum Deus, quem & Manichai, summè bonum celebrant existit; malorum Deus non existet. Ratio consequentiae, quia ipsa bonitas & ipsa malitia. [sic enim vel ab ipsis Manichais bina illa principia denominari necesse est] in nullo tertio, cum infinitis parasangis distent, convenire possunt &c.

XVII.

An Deus sit autor mali? intelligitur malum verum, simpliciter, malum culpe. Resp. nullo modo.

1. Negat illud bonitas Dei. Aug. Deus est magnus sine quantitate, bonus sine qualitate 2. negat perfectio Dei, quæ effectum toto genere deteriorem non efficit. 3. negat id tota divina essentia eminentissima 4. negat voluntas, perfectissima. 5. negat omnipotentia efficacissima. 6. Si Deus causa peccati esset, causa per accidens esset. Atq[ue] hoc etiam absurdum

B 2

dum

dum est, esset enim vel fortuna vel casus. 7. Adversatur opinio hæc multis Scripturæ dictis, & eorum in locutionibus. 8. Saniorum Ethnicorum judicio, Trismegisti, Pithagoræ, Platonis, Aristotelis repugnat.

XIX.

Sacramentarij, nomine Christianorum Orthodoxorumq; nimium superbientes, thesin dictam approbant.

1. Explicite, Huldericus Zwinglius; qui libro de providentia ad Philippum Cattorum principem cap. 6. tom. 1. fol. 365. inter alia hæc verba habet: ut Adulterium David, quod ad Autorem Deum pertinet, non magis Deo fit peccatum, quam cum Taurus totum armentum inscendit & implet, & cum occidit, eum etiam; quem per latronem aut corruptum, Judicem trucidat, non magis peccat, quam cum lupum lupo, aut Elephantum Dracone interfecit. 2. Implicite, partim Theologi, partim Philosophi Calviniani. Theologi, qui afferere non erubescunt Deum allicere excitare, impellere ac cogere homines ad peccandum. Cujus farina sunt Carcinomata illa purioris Theologia, Zanchius, Rennecherus, Piscator &c. vide. Clarsimos Theologos D. D. Philippum Nicolai. D. D. Hoie, D. D. Havenrefferum lib. 3. l. com. de peccato. 3. Philosophi. Timplerius Deum peccati autorem per accidens afferens. Quamvis enim cum suo per Accidens crassam socrorum opinionem pingere satagat, tamen Deum peccati autorem assérit e.g. faber dissecatus lignum grande ac onustum seipsum fortuito lädens, tamen lesionis istius quantumlibet per accidens, causa est. Taceo quod Dei omni scientiam cum To per accidens.

dens in dubium vocitet. 4. Keckermannus; canonem; omnis causa per accidens; reducitur ad causam per se, hoc pacto explicans; reducitur ad causam primam, Deum Opt. Max. At peccatum habet causam per accidens. Ergo reducitur ad causam primam, Deum videlicet, ut causam per se. Hercle, ne subtilis iste Calvinianus fatuam sociennorum suorum sententiam palliare potis est.

XIX.

Quænam ergo causa sciscitaris?

1. Theologi determinatè respondent, Diabolum primum Malum in orbem in vexisse. Deinde hominem propagasse.
2. Philosophi, indeterminatè bonum per accidens Malum, effecisse respondent.
3. Monstrorum causa est natura, quatenus impedita, & alijs causis interturbata, finem perfectum, quem propositum habet, attingere nequit.
4. in moralibus causa Mali est; vel ab intellectu, quatenus suo judicio aberrat, & pro bono malum voluntati eligendum exhibit: vel à voluntate, quatenus Malum ab intellectu monstratum elitit, utpote δύραπει αὐλοφασίως prædicta &c. vel tandem actionibus &c. Quæ omnia ut specialia suo loco relinquenda censeo. Sequitur nunc Materia, seu Subjectum mali.

XX.

Materia in qua sive Subjectum inhæsionis est bonum.

1. Non est malum quod non sit in bono tanquam subjecto. Maxima est, quam S. Augustinus inquiens: si bonum non

B. 33

non

non esset, in quo Malum esset, malum prorsus esse non petuisset; approbat. 2. Hinc illud Malum est concretum, ex materiali Bono, formalis ipsa malitia, conflatum. 3. Rationes qui desiderat adeat Timplerum lib. 2. cap. 9. q. 20: quanquam idem insicietur, malum habere materiam & formam q. 29, nesciens, ut ex puerilibus ejus oppositiunculis clarescit, distinguere inter materiam & formam propriam dictam, & impropram dictam.

XXI.

Malum, qua malum, non habet causam finalem.

1. Causa Mali, Malum operatur per accidens, sive citra intentionem, scopum, naturam. At finis est propter quam res fit; item finis movet efficientem ut agat: hinc illud finis est primum intentione & causalitate, ultimum exsequitione. Ergo. 2. Qui dixerit malum habere finem per accidens, non tantopere repugno, si intelligat 1. directivè [quatenus ad bonum à Deo nostro dirigitur] venditur Josephus, ut Ægypto præsideat. 2. quatenus efficientis, [quem proprio intendere] applicatur. 3. Timplerus hic sibi turpiter contradicit q. 28: Bonum non tantum apparens, sed & verum, causam finalem alicujus mali esse afferens. [intelligit autem culpa ut ex exemplis ibidè allatis videre est] inde ita argumentor; cui requisita finis per se, competit, is est talis. Sed huic fini quando fur panem furatur, ut famem sedet, competit: namq[ue] primo finis hic movet furem ut furetur, & intenditur ab eodem agente [non extrinseco] 2. vere bonus ut Timplerus arridet. Ergo est finis per se. 4. & ita colligere possum: Quicquid habet causam per se, habet etiam finem per se, quia sunt

sunt sibi mutuo causæ. Sed malum habet efficientem per se,
ut rationibus confirmat Timpl. q. 24. Ergo. 5. Jam q. 28.
expressè sic loquitur: Malum enim culpa quatenus tale per se
non habet causam aliquam finalem, sed per accidens &c.

XXII.

Effecta Malo, qua malum, attribui propriæ non possunt.

Ut enim se habet in esse, ita quoq; in Operari.

XXIII.

Analogicè tamen Malo, quâ Malo, interimere ac disperdere tribuitur.

1. Ut enim effectus verus, è causa sua prodit: ita tò interrimere, corrumpere, depravare &c. à Malo, quia formaliter est declinatio & tendentia ad non Ens, emanare quodammodo videtur. 2. qua malum horrorem ac turpitudinem comitari conspicimus. 3. qua malum, bono maculam mali qua conspurcatum est, eluere non contendente, Occasionaliter, vel magis magisq; radices agit; vel vicinum malum attrahit & consequenter, subjectum magis magisq; corruptit, ac perdit &c. 4. Peccatum ergo non est causa aeternarum pñarum, propria inquam causa effectrix, quia non influit in illos effectus; sed impropria: Tantum de Mali natura; queis hæc utilia problemata succenturient.

XXIV.

1. Probl. Cur cum Malum sit imbecillitas
quæ-

quædam, ac non Ens, adeo Deus puniat ac
non potius miseretur?

Resp. cum clarismo Dn. Sleker: oratio hæc honesta esset, si
non licuisset posse: Sin autem ex ipso bono vires suppeditan-
tur, quod omnibus simpliciter ea, que cuicq; accommodata sunt,
tribuit; non est ignoscendum, si quis per ignoriam ab ipso bo-
norum propriorum habitu, divinitus procedente, aberraverit,
divei teritq; & profugerit atq; ceciderit.

XXV.

2. Probl. Quomodo, cum sit providen-
tia, omnino malum sit.

1. Bene habet. Notandum etenim providentiam di-
vinam, unius cuiusq; naturæ servatricem esse, quare quando
illa libera est ut libere agat, gubernat, &c. universa autem
accommodatè quatenus natura eorum, capit universæ provi-
dentiae beneficia, unicuq; pro modulo distributa. 2. in creatio-
ne ergo singulis hominibus certas implantavit vires, certos
agendi modos, certis usib; accommodatos, institutosq; à se
tenore procedentes: quas ordine procedentes, conservat ad
juvat, vim conferendo, & russum, cum vult intendendo, vel
remitendo; vel inhibendo: [verba sunt Jacobi Mart. lib. 2.
exercit. Metaph.] ruente; vero contra ordinem non adjuvat
licet sustentet. 3. His tamen qua male funt, providentia
bene utitur, ad ipsorum vid. vel aliorum sive privatam sive
communem utilitatem. 4. Imo etiam certos Malosines ac ter-
minos cōstituit ultrà quos ultro citroq; progredi, prohibeatur;
alias furiosus Haman Judæos pridem ad crucem adegit. Et
in his nodis questionis consistit &c.

Corol.

Corollaria.

I. Qui tribuat Deo nostro summe maximo, & maximè summo, genus, proprium dictum inquam, pluralitatem Deorum inducit.

Quæ enim genere conveniunt, in natura quædam, quæ in illis plurificatur, sive actu sive potestate, conveniunt. At nihil est in Deo quod non sit ipse Deus (totus & perfectus) ob summam simplicitatem. Ergo plures DI erunt. Absurdum! Falsum!

II. Virtutis forma est ~~μετρια~~.

Clarissimus D. D. Meisnerus, tam in Philosophia sobria quam in tractatu suo de summo bono videtur sententiam hanc evertere, quanquam nobiscum conciliari possit, & non tam de rebus quam verbis lis sit, ut ipsius in tractatu de summo bono profitetur.

III. An Foemini imperare liceat, variè à viris Politicis disceptatur.

Alij plenis buccis inficiantur. 1. quia ab ipsa scriptura eorum imperium damnatur. Esa. 3. v. II. 2. quia natura & legibus inimicum, qua viris prudenter, robur, animi magnitudinem, imperandi vim dedit,

C

dedit,

dedit fœminis adēmit 3. quia ab omnibus officijs
civilibus, Jure, fœmina removentur, ergo multo ma-
gis à regni fastigio. Plura in hanc rem vide apud
Bodinum lib. 6. cap. 5. p. 1155. Alij affirmant:
siquidem nonnunquam fœminæ naturâ solertes, in-
dustriâ eruditæ, proba educatione piæ, experientia
sapientes sunt, ut Sabæ, Artemisia, Cornelia, Su-
sanna, &c. Alij media via tendunt 1. Keckerm.
Fœmina non nisi extraordinariè ad Reip. gubernata
admittenda, quatenus nempè vel sexum suum
superat, & virilibus sive masculis dotibus prædicta
est: vel etiam quatenus inevitabiles quedam ne-
cessitates id postulant, accidente subditorum consen-
su. lib. 1. Polit. cap. 2. p. 40. 2. Schönbornerus lib. 2.
polit. cap. 12. p. 151: in successivo regno inquit, si
consuetudo est, succedere fœminas, ferendum est
mulierem mascula virtute præditam, gubernationi
rerum præfici, suffragante etiam ratione Juris ci-
vilis, quo fœmina pari jure ad successionem voca-
tur, sublato veteri inter masculos & fœminas quoad
successionem discrimine &c.

IV. Qui maximè honorem appe- tunt, honorem negligunt.

Quia si honorem maximè appetunt, primo loco
& gratia sui, non ut signum & gratia alterius ap-
petunt, quod cum factitent, aberrant, conditionem
ejus.

ejus pervertunt, & se honore (intellige honorem propriè sic dictum qui è virtute promanat) indignos reddunt.

V. Non sunt è censu naturalium Noctambulatio, incubus, germanis die Mâre exterminanda.

Hujus enim causæ sunt, cordi ac cerebro, fuliginoſi densi q̄ spiritus incumbentes. Quæritur qui huic affectui obnoxij. Res p. qui assidue ventriculi cruditate laborant, quiaq; frequentius in dorsum ac resupini decumbunt. Illius causæ sunt, sanguis turbidus, ac ſpumans; tum & stuosi fervidiq; Spiritus, qui in cerebrum delati, anima vim ac facultatem, qua functiones suas perficit, partesq; instrumentarias ad actiones impellit, agitant, ac ad hujusmodi motus effectusq; concitant; quo fit ut corpus Spiritus animalis impulſu in ſublimi feratur, ejusq; vi, ad actiones ejusmodi, incitetur. Non laborant hoc malo, ſenes defloccati, ſed juvenes raro laxoq; corporis contextu ac molis exigua; at magna Spiritus agilitate animoq; fervido. Et hec cauſa mirabilium horum naturales, à Lemnio lib. 2. de occultis natura & miraculis recitantur. Quod verò hiſce natura libus Dæmon ſeſe (ceu Dracōni volanti) immixcat non eſt abſurdum.

C. 2

VI. Quæ-

V I. Quæ duobus diversis medijs
videntur, semper refractè videntur.

Si media qualitatibus, nempè densitate, rari-
tate perspicuitate, & penetratione, similibusq;
differant e. g. proijciatur in vas profundum num-
mūs argenteus, & discedatur à vase, donec is in
fundo amplius conspicionequeat, tum ab alio subor-
nato, paulatim aqua superinfundatur, confessim
nummum prius non visum cernis. ratio, quia dum
in eodem medio essent nummus, & oculus videntis
extra suum locum conspicere nequibat: verum cum
nunc in diversis sint medijs, oculus videntis in te-
nuiore, aëre scilicet, nummus argenteus in densiore
aqua, protinus imago nummi per refractionem, ex-
tra suum verum locum spectatur &c.

SOLI DEO GLORIA.



ejus pervertunt, & se honore (intelli-
propriè sic dictum qui è virtute proman-
reddunt.

V. Non sunt ē censū na-
Noctambulatio , incubus , &
Māre) exterminanda.

Hujus enim causa sunt, cordi ac ce-
nosi densijs spiritus incumbentes.
huic affectui obnoxij. Resp. qui assia
eruditate laborant, quiq; frequentius
resupini decumbunt. Illius causa sunt
gidus, ac spumans ; tum astuosi feroci
qui in cerebrum delati, animæ vim a
qua functiones suas perficit, partesq;
rias ad actiones impellit, agitant, ac
motus effectusq; concitant; quo fit ut c
animalis impulsu in sublimi feratur,
actiones ejusmodi, incitetur. Non
malo, sene defloccati, sed juvenes raro
ris contextu ac molis exiguae ; at ma
agilitate animoq; servido. Et he caus
horum naturales, à Lemnio lib. 2. de
rare miraculis recitantur. Quod vero
libus Dæmon se se (ceu Draconi volant
non est absurdum.

C 2

